Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 111
Quelle:
Copyright:

ſtro noſtro oretur, ad Equites aliquos ſive *Templarios*, ſive *Hoſpitalarios* pertinuiſſe.

III. *fol.* 157. p. 2. legitur *Officium pro Defunctis*, et ab aliis manibus Commemoratio b. *Erhardi* Conf. et Pont. cum Diſticho:

Erhardus mores augmentat res et honores.
Eſt pius in celis interceſſorque fidelis.

Item *Benedictio vini*, in Feſto videlicet S. *Johannis* Ap. et Evang. unde exit: *Sancti Jo. ewangeliſte vini benedictio protegat bibentes ab omni malo.* Adſcriptae ſunt graves duae Sententiae.

Breuis oratio, longa potatio eſt uini conſummatio.
Si poſt uina labes, non uini ſed tua labes.

Folio Codici praefixo adnotatum: *Librum hunc preſentem ſuo in teſtamento legauit ad domum Collegij ducalis wienne apud fratres predicatores pro ſtudio theologie Egregius et venerabilis vir et dominus olim magiſter Thomas de haſſelbach arcium et theologie profeſſor eximius in perichtoltzdorff* (prave nunc Petersdorf) *plebanus famoſus atque eccleſie ad ſanctum Stephanum wienne canonicus premeritus* &c. *Thomae Ebendorferi* dicti *de Haſelbach* a. 1464. defuncti Acta et Scripta habes P. I. *Scriptor. Univ. Vien.* p. 138. Monet me *Iſaias* noſter fabellae, quam de *Thoma* ſparſit *Aen. Silvius*, crediditque *Trithemius*, et *Sixtus Senenſ.* eum per 22. annos nequidem *Caput* I. Prophetae hujus praelegendo abſolviſſe. Tomos VI. *mſſ.* f. Praelectionum ejus in 16. *Iſaiae Capita* reperiri in Bibliotheca Univ. Vien. leges *l. cit.* p. 162. Nunc apud nos.

LXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 130
Folior. 293. f. charactere grandi, lineis laxis ad recipiendas Gloſſas aptis, quae literis minoribus tam inter eas, quam in marginibus viſuntur, perſcriptus continet I. *Jeremiam* Prophetam cum noto *Hier. Prologo* adſtituta vel interſerta *Nic. Lyrani* Expoſitione.

II. *fol.* 111. p. 2. intervallum expletum eſt *Sermonibus* aliquot, quorum 1) *De Animabus* in illud *Job.* 19. *Miſeremini mei* &c. 2) *De Angelis* in illud *Matth.* 18. *Niſi efficiamini* &c. 3) *De vltimo Judicio* in illud II. *Cor.* 5. *Omnes nos manifeſtari oportet* &c. 4) Fragmenta in illud *Matth.* 6. *Primum quaerite regnum Dei* &c. et de Dignitate ſacerdotali.

III. *fol.* 117. ſequitur *Iſaias Propheta* eodem adparatu, ut ſupra *Jeremias*, et ad ejus calcem: *Finis yſaie in 3ª feria poſt feſtum pauli ante purificationem marie.*

IV.